



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Habacvc Propheta**

**Habakuk**

**Argentorati, 1526**

**VD16 B 3952**

Egrediebaris ut populo suppetias ferres, ut suppetias ferres unctis tuis.  
XIIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35974**

Cap. III M. L V T H. IN H A B A C V C

Historiam repece ex Iosua. 10. quom ingenti tempe  
state & grandine propè Assecam Deus gentes percuie  
ret. Siquidem scriptura, grandinem & fulgura, Deitū  
sagittas tum hastas appellat, ut Psal. 17. Missis sagitis  
conturbabat eos in monte Sinai. Insuper & sagitte et  
hastæ dici possent, ut sonat, ac bella simul intelligi, que  
Iosua aduersus ciuitates Maceda, Libna, Lachis, E=  
glon, Hebron, Dabir, gesit, Iosua. 10. Nam ille omnes  
tam facile, alia post aliam capiebantur, ut necessarium  
erat dicere, Israëlitarum sagittas & hastas, non Israë  
litarum, sed Dei esse, quibus ipse tam efficaciter pun=  
geret & traiiceret uires omnium, ad firmat autem, qd'  
fulgurent & choruscant, quod in uagina certe non fa=  
ciunt. Atque hæc mihi interpretatio magis placet.

XIII. Conterebas terram in ira,  
Triturabas gentes in furore.

Quod factum est, Iosua residuos percuciente re= ges, circa flumen Merom. Iosua. 11.

XIII. Egrediebaris ut populo suppetias  
ferres, ut suppetias ferres unctistuis.

Temporibus Samuels, Sauli, Dauidis, id contigit,  
quom enim expeditionem facerent, adiuuabat eos De= us, ut primus & secundus Regum testantur.

Contundebas caput in domo impi= orum

ANNOTATIONES.

drum, denudabas fundamenta, usq; ad  
collum. Sela.

Capita hec & fundamenta, reges sunt finitima=rum terrarum, ut Edom, Ammon, Syrie, Philistijm, quos David à scictos, iuris suifecit. Id enim caput cōtundere est, id est regnum ita occupare, ut capite subditi careat, nec ultra, proprios habeant reges, sed Dauidi subiugati sint. Idem plane est quod fundamenta, id est eosdem Reges & Principes denudet, exauthoret, deponat, aguberatione reiiciat, usq; ad collum, ut truncus & corpus iuxta tamen permaneat, & Dauidi morigeretur, Rex enim, & caput & fundamen= tum sui regni est. Populus & terra, trunci & corpo=rā. Hactenus cum gratiarum actione depinxit & re=censuit, diuinarum manuum fulgores, ex quibus caelū & terra gloria eius replebantur, pro consolatione po=puli. Nunc precationem suam aduersus regem Baby=loniae orditur.

Maledicas sceptris eius, cum capite XV.  
vīcorum suorum, qui, ueluti tēpestas  
ut medissipent. adueniūt, ac lātantur,  
quasi deuorent in abscondito miserū.

Hoc est regno Babylonico, nolis esse ppitius, sed  
nullā gratiā exhibeas, tam illi, q̄ uniuersis uicis eius, id  
est urbi Babylon, que omniū totius regni illius ciuita=tum